Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30296
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



dicens. Confortare mamas & uiriliter age.
Multi autem exstantib audientes uoce de ce
lo gauisi sunt gaudio magno. Preses aut
iussit eum de pomo de eculeo. & mitti meami
nu ignis. Cum autem milites p
pararent caminum ignis. extulit ds psidem
de sensu suo. & mutans sententiam suam. iussit
eum incarcere mitti. Quo ingrediente mue
nit ibi reclusos. plus quam quadraginta hom
nes. Ipse autem incurbans genua orabat
dnm dicens. Ds patrum nostrorum. ne dereli
quas seruum tuum mamam. & deseras me. Illi
autem qui erant incarcere. pecerunt se ad pe
des eius. Quib ille dixit. Quid uultis. Illi aut
responderunt. fame mori m. Hec dicentib
adeum. ingressus est spe in habiculum. ferens
lac & mel. & dixit adeum. Manduca marga
ritam missam tibi de celo ad no ihu xpo. Acci
piens autem mamas manducauit simul cum
eis qui erant incarcere. & saturati sunt
omnes. Medio autem noctis exierunt omnes
qui eo fuerant. & remansit illic solus ma
mas. Audiens autem preses de fuga eorum di
xit clauculario ut sistat mamas. Et cum
sisteret psides dixit adeum. Sacrifica mamas.
Mamas dixit. Quib dis. Preses dixit. Soli
hercule & apollini. Mamas dixit. Bene di
cis apollini immola. quo qui illi sacrificant
pdent animam suam. Apollo enim interpretatur
latine pdicio. Audiens autem hoc uerbum iu
sit eum mitti in caminum ignis ardentis. &
dixit ad alexandrum & dionisium. qui erant
sacerdotes demoniorum. Tollite eum & mitti
te in caminum. ut eum consumat ignis. Et
illi accipientes eum. pduxerunt in locum ca
mini. Respiciens autem mamas in celum dixit.
Ds patrum nrorum exaudi me peccatorem. quia
pptter te ista patior. Presta me integrum
pmanere in conspectu tuo. serua me abig
ne quem parauerunt michi. ut cognoscant
hi qui te n nouerunt quod tu es ds. Et
cum signasset se in nomine xpi. intrauit
caminum dicens. Gratias tibi ago dne pat
dni mri ihu xpi. quo sicut uisitasti anam
am. azaryam & mysahel. misso spu sco. &
liberasti eos de medio ignis. ita & michi
fecisti peccatori. Post tres autem dies cum ad
huc esset in camino. tum missit ignem succen
di amplius. & stans spe in columba descendit
de celo. & dispersit ignem. & erat quasi came
ra flama.

Post quinque autem dies iussit preses apire
caminum ut colligerent ossa eius. Et con
ueniens multitudo audierunt eum in cami
no loquentem & laudes do dicentem. Audien
tes autem hoc stupefacti sunt. & renuntiauer
unt ad psidem & dicunt adeum. Dnm p
ses hic non magus. sed ds eius magnus est. qm
intacta flama ignis non eum lesit. nec unam
partem corporis eius tetigit. dixit preses. forsi
tan magice eum conualuerunt. Et adiecit.
Adducite eum adme. dpierunt autem milites
caminum. uiderunt quasi milia stantes mul
titudinem angelorum. Erant autem illic angeli
cum gla magna. quod tres xpiani uidentes
glorificauerunt dm. Erat enim mamas se
dens in camino medio. glorificans patrem
& filium. & spm sem. Dixerunt autem ad eum mi
lites. Egredere uocat te iudex. Egrediens
autem ipso recesserunt angeli. Cum uenisset
autem mamas ante psidem. dixit ei preses. Qd
est mamas quod sic conualuerunt magice
tue. ut non lederet te ignis. quem admodum ena
& extinctus sit. Die michi. & quid faciebas
in monte. Mamas dixit. Ego feci in uirtute
magna sedm uisionem dni. pauci siluestria ani
malia inspu sco. & secute sunt me fere & ani
malia glorificantes dnm mecum sedm pro
priam uoluntatem. Hoc est quod feci. Ltum pre
ses dixit. Verum dicito quo maleficaueras fe
ras siluarum. & quomodo maleficus extinxeras
tantum ignem. Mamas dixit. Gratias ago deo
meo quo magus non sum. sed sum xpianus. Ale
xander preses dixit. feras ingentes habeo.
apud ipsas te dampnabo. Mamas dixit. fac
quem admodum uis. Tunc preses dixit ad ppo
situs uenatorum. Adducite michi feras di
uersas. que eum consumant. Tunc uenato
res sedm preceptum iudicis fecerunt. & in
troduxerunt eum in amphytheatrum. & dimi
serunt ei ursum seuissimum. dimiserunt ei
etiam & pardum. Que currens amplexa
est collum eius. & lingua sua extergebat sudo
rem eius. Videns autem iudex quo nichil lesert
corpus eius. preceptum uenatorib ut p uigintu
dies capent leones ferocissimos. ut uel
sic consumarent martirem dei. Mox eo uiden
te. tum est. & apphenderunt leonem mire
magnitudinis. & ad ducti adeuitatem
nuntiauerunt psidi. quod ualde immanis
sus leo haberet incauea. Preses ynuma p fusus est letitia. & amphytheatrum
preparari preceptum. Quo facto. post diem tertium
preceptum ut leonem illum innocem martirem dimit
terent. Qui cum cataractam ministri facerent
moram. leo ille qui primus martyrium
uisus descendit de monte uocatus aspu
sco. & ingressus est ciuitatem rugiens.